Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Postilla (interpolata) super epistolas Pauli - Cod. Aug. pap. 31

Nicolaus <de Lyra>

[Reichenau], 1435

II ad Thessalonicenses

urn:nbn:de:bsz:31-73039

Visual Library

est enim voluntas dei id est uiii e in omnibus
obtemperandum ¶ Spiritum id est hec e tercia pars
in qua hortatur eos bn se hre dicens spiritum
scilicet deuocionis erga deum nolite extinguere
propter immoderatam curam rerum temporalium
prophetias id est exposiciones scripturarum sacrarum
nolite spernere quia frequenter re-
uelatur intellectus viro simplici qui oc-
cultatur prudenti ut deus abscondisti
hec a sapientibus et reuelasti ea paruulis
Verumtamen quia exposiciones aliqui de fi-
ctione subdit Omnia autem probate id est dicta
eorum scribus discutite quod bonum est
tenete contra multos qui in scribus
et predicatoribus mala dicta melius
retinent quam vtilia Ab omni specie
mala abstinete uos Non solum enim
abstinendum e a malo sed eciam ab
eo quod habet apparenciam mali quod est scan-
dalum contendunt saltem quo usque de
claretur ad quod e licitum Ipse autem
deus pacis auctor et doctor sanctificet
vos per omnia ad corpus ad animam per-
tinencia Vt integer spiritus ui. i.
anima id est Et dicitur spiritus quantum ad
anime superiorem partem et anima quantum
ad inferiorem. in aduentu domini
ad iudicium seruetur. et quod istud sit
sperandum subditur. Fidelis e qui
vocauit vos ad fidem scilicet deus
qui eciam faciet quia nulli deficit
quantum e ex se. ¶ Fratres hec est vl-
tima pars que est conclusio epistole
in qua ponitur sui recommendatio
et aliorum salutacio io dicit fratres
orate id est in osculo sancto. non libi-
dinoso sed nec proditoris sicut plenius
fuit expositum Ro. vltimo vbi
idem et sub eisdem verbis pa

Adiuro vos per dominum .i. iniungo
uobis per ipsum Vt legatur hec epistola
omnibus sanctis .i. baptismate sanctifi-
catis gratia domini nostri ihesu christi vobiscum
supple sit in presenti et gloria in futuro
Amen

Incipit super secundam epistolam
ad eosdem

capitulum primum

Paulus et sil-
uanus Hic in-
cipit secunda epistola
ad thessalonicen
et diuiditur in
tres partes scilicet
salutacionem et
prosecucionem ibi.
Gracias agere et conclusionem ibi sa-
lutacio mea in fine epistole Prima pars
patris patet ex dictis in principio pre-
cedentis epistole Gracias agere Hic in-
cipit prosecucio que diuiditur in tres
partes Nam primo apostolus reddit
thessal beniuolos Secundo cautos ibi
Tercio dociles siue doctos ibi Nos autem
Primum facit dupliciter scilicet gracias agen-
do de bona eorum conuersacione et orando
pro meliori confirmacione ibi In quo et
oramus Circa primum dicit Gracias
agere debemus deo a quo e omne bo-
num semper facti vel habiti. vel semper
.i. omnibus horis ad hac ordinatis

pro vobis fratres quia bonum discipulorum
redundat in magistrum Ita dignum est
q. d. digni estis ut hec agamus quoniam
supercrescit fides vestra intensive firmiter
hiis que sunt fidei adherendo et etiam
extensive ea que sunt fidei magis ex-
plicite cognoscendo etiam verbo et ex-
emplo ad alios derivando et abundat
caritas in affectu interiori et opere exteriori
Ita ut nos ipsi in vobis gloriemur s. de
vobis in ecclesiis dei proponendo aliis vestram
vitam vestram pro exemplo quod subditur
Pacientia vestra solida et fide firma sus-
tinetis in exemplum iusti iudicii dei
s. per hoc sensibiliter apparebit iudicium
dei esse iustum pacientiam vestram premiando
quod subditur Ut digni habeamini etc. et
persecutores vestros puniendo quod sub-
ditur si tamen iustum est et accipitur hic
si pro quia quoniam iustum est apud deum retri-
buere tribulacionem s. gehenne penam
hiis qui nos tribulant persequendo
et vobis qui tribulamini patienter susti-
nendo requiem nobiscum qui similiter
tribulamur et ideo subditur retribucionis
tempus cum dicitur In revelacione domini
ihesu de celo s. quando manifeste apparebit
veniens ad iudicium sicut dicitur matthei
xxiiii Sicut fulgur exit ab oriente et
apparet usque in occidentem ita erit adven-
tus filii hominis Cum angelis vir-
tutis eius qui erunt executores
divini iudicii In flamma ignis dantis
s. facientis vindictam hiis qui non
noverunt deum s. fidem eius non
receperunt sicut sunt pagani et
iudei obstinati et qui non obediunt
ewangelio ihesu christi opere adimplendo
sicut sunt mali christiani habentes fi-
dem sine operibus que mortua est
qui penas dabunt s. solvent sive
sustinebunt a facie domini etc. s. per sentenciam
ab ore eius egredientem quando dicet repro-
bis Ite maledicti in ignem eternum etc.
matthei xxv et electis Venite benedicti etc.
Et ideo subditur Cum venerit glorificari in
sanctis suis etc. s. dare eis gloriam suam
mirabilem Nam excedit intellectus
creati capacitatem i Cor. 2 Oculus
non vidit et auris non audivit et
in cor hominis non ascendit que preparavit
deus hiis qui diligunt illum quia credi-
tum est testimonium nostrum super vos s.
quia credidistis illud quod testifica-
ti sumus vobis predicando In die
illo glorificacionis sanctorum Ita quod li-
nia tenentur hic materialiter sicut cum
dicitur ymago herculis est in lapide
In quo hic consequenter reddit
thessalonicenses benivolos orando pro
eorum felici consummacione dicens In quo
s. pro quo scilicet die glorificacionis obtinendo
oramus semper pro vobis ex parte va-
li semper ut supra Ut dignetur
vos s. faciat vos dignos vocacione
sua ad gloriam sicut vocavit ad fi-
dem quod subditur Et impleat omnem
sue bonitatis voluntatem tunc
enim implebit omne desiderium electorum
et opus fidei quod est constans con-
fessio Rom. 10 Corde creditur ad
iusticiam ore autem confessio fit ad
salutem In virtute s. in constan-
cia martirii pro fide impleat intuitu
in presenti ut sic non solum beatis au-
ream quoque omnium sanctorum sed etiam aure-
olam que est propria martirum Ut clarifi-
cetur nomen domini in palma martirii
vestri hoc enim modo dicitur quod propter depere
martirio Cum autem semper exceddes

manus tuas et alius te cinget et ducet te quo tu non vis et subdit evangelista exponendo hoc autem dixit significans qua morte esset clarificaturus deum Et vos mil lo apud anpatum dare credendo capitulum

Rogamus autem secundum

Rhic consequenter apostolus reddit thessalonicenses cautos Circa quod sciendum quod aliqui thessalonicensium cre debant diem iudicii esse propinquam tum propter tribulationes quas sustinebant et quod christus in evangelio dixerat etiam maxime tribulationem propinquam fore die iudicii Ut patet ... Et propter quod timebant ad huc maiores persecutiones imminere tum quia apostolus dixerat epistola precedenti c. 4 Nos qui vivimus relinquimur simul rapiemur cum illis in nubibus obviam christo scilicet venienti ad iudicium ut dictum fuit ibidem quod aliqui thessalonicenses male intelligentes credebant illam obviationem tempore pauli futuram eo quod dixerat nos qui vivimus simul rapiemur et propter quod eos assecurat de die iudicii longa distantia reddens eos cautos ut non decipiantur circa hoc consequenter doctrina Et dividit in duas partes quia primo removet errorem 2o docet veritatem ibi quoniam nisi Circa primum dicit Rogamus autem vos fratres per adventum domini ad iudicium et nostre congregationis in ipsum Tunc enim electi congregabuntur ad eum ... Ubicumque fuerit corpus congregabuntur et aquile Ut non cito moveamini a vestro sensu et a vestro intellectu neque terreamini quod instet tribulatio maxima que predicitur fore ante diem iudicii neque per spiritum scilicet malignum transfiguratum in angelum lucis et asserentem vobis contrarium scilicet quod dies iudicii sit propinqua neque per sermonem alicuius pseudo predicatoris neque per epistolam tamquam per nos missam Nam alii falsi apostoli et heretici mittebant epistolas hoc exponitur dupliciter Uno modo sic Neque per epistolam id est per epistolam alicuius sub nomine meo vobis missam Nam alii falsi apostoli et heretici mittebant epistolas sub nomine verorum apostolorum christi ad fidelium deceptionem ut supra dictum est Alio modo sic neque per epistolam id est per epistolam meam precedentem quasi instet dies domini eo quod ibi dixerimus Deinde nos qui vivimus etc quia non fuit intellectus meus quod dies iudicii esset propinqua ut ibidem fuit dictum Ne quis vos seducat ullo modo hoc addit ad excludendum omnes seductiones modum circa materiam istam

Quoniam hic consequenter docet veritatem diem iudicii Veritatem de quo dicit quod duo notabilia precedent primum positum dicitur Quoniam nisi venerit discessio primum quod exponunt aliqui de discessione a romano imperio quod florebat tempore pauli a quo iam recesserant quasi omnia regna negantia ei subici et redditione tributi iam a multis annis Istud etiam imperium caruit imperatore pluribus annis et tamen non venit ad huc antichristus qui tamen debet venire completa ... discessione Ut videtur apostolus dicere ibi Et tunc revelabitur etc et propter quod alii exponunt de recessu ab obedientia ecclesie romane a qua iam diu recessit grecia Sed salvo meliori iudicio michi videtur melius intelligendum de recessu a fide catholica sicut exponit aliquis

non tamen sic intelligendo quod omnes sint a fide catholica recessuri quia durabit in aliquibus usque ad finem mundi sed quia maior pars credentium discedet ab ea quia secundum dictum salvatoris Mt. 24 appropinquante antichristi tempore habundabit iniquitas et refrigescet caritas multorum et per consequens fides vera deficiet in multis et tunc veniet antichristus facta dispositione ad receptionem eius. Huic etiam dicto concordat dictum apostoli 1 ad Thimo. 4 ubi dicit quod in novissimis temporibus discedent quidam a fide attendentes spiritibus erroris et 2a ad eundem tercio In novissimis diebus instabunt tempora periculosa et erunt homines seipsos amantes et sequitur ibidem homines corrupti mente reprobi circa fidem. Et revelatus fuerit. Hic ponit secundum notabile quod precedet diem iudicii scilicet adventus antichristi cuius primo ponitur superbie excessus 2° tempus veniendi et eius causa 3° et tunc revelabitur 4° demonis effectus cuius est adventus. Dicit igitur Et revelatus fuerit i. manifeste ostensus homo peccati i. totaliter deditus peccato sicut homo deditus agricultura dicitur homo agri et filius perditionis i. dignus perditione sicut 2 Reg. 12 dicitur filius mortis quia dignus morte. Qui adversatur et extollitur loquitur de futuro per modum preteriti propter certitudinem prophetie loquens enim de antichristo prophetice. Supra omne quod dicitur deus quantum ad deos gentilium qui dicuntur dii. aut quod colitur quantum ad sanctam trinitatem que colitur ut unus deus verus. Adeo enim talem cultum exterminare conabitur ut ipse solus tamquam deus ab hominibus adoretur. Simile Iudith 3 dicitur de nabuchodonosor qui precepit exterminare omnes deos terre ut ipse solus deus diceretur. Ita ut in templo dei sedeat reedificato ab ipso et in deis sibi adherentibus. Alii autem exponunt in templo i. sit se ostendens ac si ipse sit templum dei eo modo quo humanitas Christi est dei templum. Nunc retinetis etc. q.d. non debet elabi a memoria vestra. Et nunc quid detineat i. quid sit causa more ipsius scitis. Sciebant enim quod omnia futura adeo sunt disposita determinatis temporibus ventura. Io. subditur Ut reveletur in suo tempore adeo disposito. Licet enim antichristus sit venturus personaliter venit tamen figuraliter sicut dictum fuit de antiocho illustri Dan. 11 qui fuit figura antichristi. Et eodem modo dicitur de nerone qui tunc imperabat et plures de romanis principibus movit persecutionem ecclesie tunc dicitur Nam misterium i. figura iniquitatis i. antichristi qui dicitur iniquitas in abstracto propter excellentiam malitie sicut homo multum liberalis dicitur ipsa liberalitas. Iam operatur in nerone etiam persequente. Tantum supple restat ut qui tenet nunc romanum imperium ut exponunt aliqui teneat donec de medio fiat romanum imperium i. donec deficiat imperium romanum per discessionem ab obedientia ipsius. Sed michi videtur melius exponi de discessione a fide ratione supra dicta sic tantum supple restat ut qui tenet nunc fidem catholicam teneat eam firmiter in persecutione neronis et aliorum tyrannorum sequentium

Donec de medio fiat . i. donec desi-
nat modo supradicto Et tunc etc. quia
sicut predictum deficiente sic fide apparebit
antichristus . io dicitur et tunc revelabitur
ille iniquus sic anthonomasice dictus
quem dominus ihesus interficiet spiritu oris sui
quia de mandato eius fulmine abitur
per ministerium michaelis archangeli . et
destruet in anima et corpore illustratione
adventus sui . i. in adventu suo claro
¶ Cuius hic consequenter circa anti-
christum ponitur de modo effectus habiti
cum antichristus demone privatum qui adeo
permissus faciet multa mirabilia ad
eius vocatum pro subversione fidelium et hoc
est quod dicitur Cuius est adventus secundum opera-
cionem sathane in omni virtute . i. potesta-
te . et signis et prodigiis mendacibus
Nam aliqua fient per illusionem
sensuum a demone que videbuntur esse et
non erunt . Et aliqua erunt res vere
sicut demon super oves iob fecit ig-
nem verum descendere dicuntur tamen
signa mendacia quia fient ad assertionem
mendacii Et in omni seductione iniqui-
tatis ut pote minis et promissis et
aliis modis exquisitis . his qui pereunt
in illis enim habebit eius deceptio effec-
tum . eo quod caritatem veritatis . i. quia ve-
ritatem ewangelicam que est lex amo-
ris non receperunt credendo ut salvi
fierent quia contra veritatem ewangeli-
cam non est salus Ideo . i. propter eorum demeri-
ta . mittet illis deus . i. mitti permit-
tet operacionem erroris . i. ducentem in
errorem modis dictis . ut credant
mendacio qui repulerunt veritatem
et iudicentur omnes etc. . i. iudicio condep-
nacionis ¶ Nos autem etc. Hec est 3a pars
in qua thessalonicenses docet eos in

moribus informando Et primo quantum
ad operacionem boni 2o quantum ad cautelam
mali ibi Denunciamus Prima adhuc
in tres quia primo de bono eorum preteritorum
gracias agit 2o ad perseverandum
eos inducit ibi Itaque fratres 3o orationes
eorum petit in principio tercii capituli
Circa primum dicit Nos autem debemus
gracias agere etc. quia bonum discipulorum
redundat in magistrum . quod elegit vos deus
sua gracia primicias in salutem . fuerunt
enim de primis credentibus ex gentilitate
in sanctificatione spiritus per baptismum
in quo datur gratia spiritus sancti sancti-
ficans . et fide veritatis . i. in fide ca-
tolica que est sola vera in qua . s.
fide vocavit vos per ewangelium
nostrum . i. per nostram predicacionem e-
wangelii in acquisitionem glorie . i. ut
per hoc gloriam acquiratis ¶ Itaque
hic consequenter ad perseverandum
eos inducit dicens Itaque fratres
state . firmi in moribus fide et te- 2
nete tradiciones quas didicistis a nobis
sive per sermonem vobis presencialiter
docendo . sive per epistolam nostram .
quam absentes vobis misimus vos do-
cendo Et quia ad perseverandum in
bono indiget homo adiutorio divino .
ideo subdit deprecando Ipse autem dominus
etc. et patet littera Cap. iii

De cetero hic consequenter apostolus 3
petit a thessalonicensibus o-
racionum suffragia Dicit igitur
De cetero fratres orate ut sermo credenti-
te vel sermo dei . i. predicatio ewangelii
currat sine impedimento ad alias gen-
tes et clarificetur per miracula caritatem
tem eius declarancia sicut et apud
vos iam factum est ut liberemur ab

importunis .i. pseudo apostolis importune sta
ingerentibus et a malis hominibus predica-
tione evangelii qualitercumque impedientibus
Non enim omnium est fides .i. non omnes acceperunt
omnes fidem .i. pauci qui sunt eam accep-
turi fidelis autem deus in promissis ad
implendis qui confirmabit contra decep-
tiones pseudo apostolorum et custodiet a malo
scilicet impatientie in persecutoribus tyrannorum Con-
fidimus autem de vobis in domino .i. vita bo-
na obedientia addimus quoniam que precipimus facitis
et facietis quia non precipimus auctoritate
nostra sed domini quod subdit Dominus autem dirigat
corda vestra ad implendum sua mandata
in caritate dei erga omnes et patientia .i. erga
vos persecutores ¶ Denunciamus hic
consequenter informat eos quantum ad evi-
tationem mali Et primo facit propositum 2o
removet falsum intellectum ibi Vos
autem Circa primum dicit Denunciamus
autem vobis fratres in nomine domini .i. eius
auctoritate ut subtrahatis vos ab omni
fratre ambulante inordinate Decli-
nando ab ordine legis nature et legis
scripte quia dicitur psalmo 17 Cum per-
verso perverteris Et non secundum tradi-
tionem quam accepistis a nobis facto et
verbo Ipsi enim scitis per experientiam
quemadmodum oporteat imitari nos in
operibus nostris quoniam non inquieti fuimus in-
ter vos .i. vagabundi et ociosi Neque
panem manducavimus petentes nobis
ministrari ab aliquo gratis sed in labo-
re et fatigatione corporali nocte et die
operantes ad acquirendum victum certum
exceptis horis ad orandum et docendum
aptis non quasi non habuerimus potestatem

accipiendi sumptus a vobis secundum formam
evangelii luce 10. Ubi dicitur predicantibus
edentes et bibentes que apud illos sunt
dignus est enim operarius mercede sua. sed
ut nosmetipsos formam daremus vobis
ad quia si nos habentes potestatem accipiendi
sumptus abstinuimus ab hac conclusio
de nostro labore multo magis alii qui non
habent talem potestatem debent de labore suo
vivere Circa patent exempla que his autem qui
huiusmodi sunt denunciamus ac ut cum
silentio operantes .i. ~~proprio labore acquisitum~~
.i. quieti et non vagabundi suum pa-
nem .i. proprio labore acquisitum mandu-
cent et non alienum ¶ Vos autem hic
removet circa dicta falsum intellectum
quia posset aliquis credere quod pauperibus
laborare non potentibus et occupatis
negotiis spiritualibus non licent minis-
trandi necessarii sumptus Ideo hoc
removet dicens Vos fratres .i. fa-
cultatem habentes . nolite deficere benefaci-
entes .i. nolite desistere a beneficiis
talibus personis quod si quis non obe-
dierit verbo meo per epistolam hanc
notate mihi scribendo ut possim
eum corripere et non commisceamini cum
illo societatem eius vitando ut
confundatur et sic resipiscat a malo
suo et nolite quasi inimicum existimare
quia si vicium sit odiendum natura
tamen est diligenda Ipse autem deus
pacis auctor et dator det vobis pa-
cem sempiternam in omni loco .i. in
terra et in celo Dominus sit cum omnibus
vobis in presenti per gratiam et per gloriam
in futuro ¶ Salutatio hec est ul-
tima pars que est epistole conclusio

uel confirmacio per signum in fine scripture
de manu pauli quod cum supra positum est
scriptum erat per manum notarij sed istud
ultimum de manu pauli erat scriptum et
similiter faciebat in aliis suis epistolis ad
certificandum illos quibus mittebantur quod
essent a paulo directe ad excludendum epistolas
apocrifas que sub nomine pauli scriptas in
quibus finis non erat de manu pauli scriptus
His dictis patet littera

Explicit 2a epistola ad tessalonicenses

Incipit super primam epistolam ad thimotheum

Paulus apostolus christi ihesu
Hic incipit prima ad
thymotheum que diuiditur
in duas partes scilicet salu-
tacionem et prosecucionem
2a ibi Sicut rogaui te In prima parte
exprimitur persona salutans et exprimitur
quantum ad rem scilicet quantum ad nomen cum dicitur ibi
Paulus quantum ad officium cum apostolus christi ihesu
et quantum ad auctoritatem officij cum
enim dicitur secundum imperium dei sicut patet
actuum 13 Dixit spiritus sanctus segre-
gate michi barnabam et paulum in opus
ad quod assumpsi eos Opera uero tri-
nitatis sunt indiuisa propter quod idem
est imperium trium personarum et io amaro
pressa alio subintelligitur et christi
ihesu spei nostre in quem speramus obti-
nere gloriam 2o ponitur persona sa-
lutata cum dicitur thymotheo filio dilecto
in fide ad ostendendum quod erat filius eius
spiritualis et non carnalis 3o ponitur bo-
na optata cum dicitur Gracia et misericordia et pax
misericordia in remissione peccatorum gracia in am-
pliacione meritorum et pax in consecucione pre-
miorum a deo patre qui est auctor et dator
omnium et christo ihesu qui quantum ad deitatem
est eadem principalis causa cum
patre et spiritu sancto et quantum ad humanitatem
est causa instrumentalis quidam sicut magis
est organum quam instrumentum artificis secundum se
patet et hoc modo alie creature sunt in
principio dei separata ¶ Sicut rogaui
Hic incipit huius epistole prosecucio
Circa quam sciendum quod apostolus ordinauit
thymotheum episcopum ecclesie ephesine et in
ista epistola instruit eum de hiis que
pertinent ad episcopi officium ad quod spec-
tant septem actus specialiter et secundum
hoc prosecucio huius epistole diuiditur in sep-
tem partes que patebunt prosequendo.
Primus autem actus pertinens ad episcopum est
extirpacio false doctrine sicut remocio
impedimenti priori est maliquo opere Ad hoc
autem inducit apostolus thymotheum in hoc
capitulo primo quod in tres partes diui-
ditur Nam primo ad hunc actum inducit
2o incidenter deo gracias agit
ibi Gracias ago 3o ad propositum redit
ibi hoc preceptum Prima adhuc in
tres nam primo inducit thymotheum
ad falsitatis extirpacionem 2o subdit
ad hoc subdit racionem ibi finis autem
3o remouet obiectionem ibi Gratias ago
Circa primum dicit Sicut rogaui te

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg